2000

Succursum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Exactorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea vltra primos officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis terminos, dilationem sibi non recipiendo, nulla quoque Motione Appellatione, ac earum prosequutione faciendo, ac praemissa omnia praedictis simplicibus vel triplicatis, evasionibus suspensionibus, fatalijs Juris, protectione Servi, bello, Conventionibus, ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Et sua propria personali Recognitione adstipulavit mediante.

Feria Secunda Ipso die Festi Sancti Aegidij Abbatis, Anno

1/IX Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo

Ratynski Okninskiemu Condescendit.

370 Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Casimirus Michael Ratynski, Regens Cancellariae Castrensis Premisliensis, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus quibusvis suis propriis et competentibus recedendo, praesentibusque Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, vel cum successoribus et bonis suis praesentibus omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per

expressum recognouit. Quia ipse de omni et integro
Iure suo infrascripto, Videlicet de Summa Sex Millium
florenorum polonicorum, primum et originaliter per Assigna
tionem Thesauri Regni, Legioni Magnifici olim
Christophori Grodzicki Castellani Camenecensis, apud
olim Generosum Ioannem Fredro Exactorem Sano
censem ad soluendum designata, tandem ad recipiendum
Generoso Adamo Okrinski commissa: per eundemque vero
Generosum Adamum Okrinski, sibi Recognoscenti coram
Actis praesentibus feria Sexta post festum Solemnia Sacri
Paschatis Anno praesenti cessa et transfusa: necnon de
eadem ipsa Assignatione Thesauri Regni, ac de
Causa et Actione Iudiciaria, per eundem Generosum Okrinski
Vigore praefatae Assignationis Thesauri Regni ratione eiusdem
Summae Sex Millium florenorum polonicorum, Dominis Aduitalitiali,
et Successoribus eiusdem olim Generosi Ioannis Fredro Exactoris
Sanocensis, primum ad Iudicium Capturale Terrae Sanocensis
instituta, deinde per Remissionem ad Iudicia Tribunalis
Regni Lublinensis deuoluta, atque quibusuis a citationibus
ad eadem Iudicia Tribunalis Regni Lublinensis editis, totoque
et integro Causae eiusdem processu in Iudicio in quouis
puncto et gradu Iuris dependentis, suo inferiore Compromissis
Partibus, Cum omni Commissorum Iure, proprietate, Compe
tentiaque et praerogatiua quauis, cumque omnibus et singulis
Iuris praesentibus cessis conditionibus, punctis, clausulis
articulis, Vadiis, ligamentis, ac nexibus quibus Vniuersis
Summae quoque memoratae Sex Millium florenorum polonicorum
Vtilitatibus, fructibus, commodis emolumentis prouentibus

attinentijsq[ue] et pertinentijs generis Universis. Nihil ex pr[ae]d
missis Iuris, proprietatis, ac cuiusuis competentia et pr[ae]
rogativa pro se Recognante, suisq[ue] Successoribus, aut alio
quopiam reservando seu excipiendo, verum prout
pr[ae]missa omnia et singula ipsammet Recognantem concer
nebant, ac eidem legitime serviebant; Iam ex nunc et
de facto Gnoso Severino Olinski, et ipsius Successoribus
(recepta ab ipso pro pr[ae]missis omnibus plenaria et sufficienti
satisfactione) cessit et condescendit, quae cedit et con
descendit pr[ae]sentibus, omne et integrum Ius suum
totum sibi ad pr[ae]missa serviens in personam eiusq[ue]
Gnosi Severini Olinski Cessionarij sui, et ipsius
Successorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit
et incorporavit, quae transfert transfundit, et incor
porat pr[ae]sentibus, per ipsum Gnosum Severinum
Olinski Cessionarium suum, et ipsius Successores,
hoc idem Ius pr[ae]sens cessum, Summamq[ue] supra
pr[ae]sentibus pro se Recognantem abscessam, cum Universis
ipsius Utilitatibus et Usufructibus, Competentiaq[ue] et pro
gativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisq[ue]
quiete et pacifice Usufruendi, Summam pr[ae]fatam Sex
Millium florenorum polonicorum pro se Recognantem transfusam
tollendi, levandi, et percipiendi, de levata et percepta
quietandi, pro eademq[ue] si non fuerit persoluta Iure
agendi, Processus quosvis iudiciarios instituendi
et ad debitum Executionis finem perducendi
pr[ae]missaq[ue] omnia tanquam sua propria, ad suos et suorum
Successorum quosvis beneplacitos Usus fructusq[ue] libere et
effectualiter convertendi. Iuris pro se pr[ae]fati originalis

ea Omnia

ea omnia latius in se complectentis, praesentisque cessi et transfusi Vigore

Chylinski, Boiszewski atque Sobesczanski, mutuo sese Quietant et Statuent.

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Petrus Chylinski ab Una, et Alexander Boiszewski, Thesaurarius Terrae Premysliensis, atque Joannes Sobesczanski ab altera partibus. Sanimentibus et corporibus exantes, à Terris, Officiis, Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque Subijciendo, palam, libere, publice, alteque expresse [illegible] recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi, et quidem Supratus Generosus Petrus Chylinski suo, et Generosae Magdalenae Cholkowna Poniatowska Consortis suae legitimae, et Generosi Pauli Chylinski fratris sui germani, tum Generosi Casimiri Hrasczkai famulorumque suorum: Generosi quoque Boiszewski, et Sobesczanski, itidem suo et Suorum famulorum in praesenti Causa Specificatorum, pro quorum ratihabitione Cavent, et de abutrinque in forma Juris praesens inscribunt nominibus, sese mutuo et invicem de Causis et Actionibus abutrinque ratione perte